



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 198. Hussitarum conventus ad vindicanda eorum gesta coactus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

riales enim copiae Sozium, locum valde Sæcul. XV.
munitum, omnibusque abunde provisum A.C. 1421.
obsident, validoque impetu oppugnant,
sed postquam cives obsidione iamjam se-
ptimam in hebdomadam excurrente vi-
ginti sex Germanorum impetus invicto
robore retudissent, Catholici annonæ pe-
nuria pressi die decima sexta Octobris ob-
sidionem solvere coguntur. Imperator
vero, quamvis Mense Augusto in Bohe-
miā se venturum spopondisset, primum
sub finem Decembris comparuit, eoquod
Hungaros atque Austriacos invitatos edu-
cere desperans, multum temporis impen-
deret, donec utriusque Nationis Proce-
res, qui copias ducerent, ad suas par-
tes pertrahere posset.

§. CXCVIII.

*Hussitarum conventus ad vindicanda
eorum gesta coactus.*

Sub idem tempus Imperator, cum non Dubrav. lib.
sine gravi animi sui mærore perpen- 24. in fin.
deret mala, quæ & justissima quævis bel- Cochl. Hist.
la insequuntur, Hussitas adhortatus est, Husfit. lib. 5.
ut humano sanguini parcentes, saltem
diurnas, easque firmas inirent armo-
rum inducias. Verum rebelles quascun-
que pacis conditiones aspernabantur, nisi
ante omnia ipsis quatuor Religionis ca-
pita concederentur, nimirum : I. *Verbum*
Dei

Sæcul. XV. *Dei per totam Bohemiam libere absque cu-*
A.C. 1421. *juscunque interpellatione a Sacerdotibus an-*
nuncietur. II. *Libere Eucharistia sub u-*
traque specie omnibus Christi fidelibus pec-
cato mortali haud obnoxiiis, ministretur.
 III. *A Clero bonorum externorum posses-*
sio, & in iis jurisdictione afferatur, & ordo
illorum ad vitam Evangelicam & Apo-
stolicam redigatur. IV. *Omnia peccata mor-*
talia, ac præcipue publica, & alia legi Dei
contraria vitia in quovis statu, rite, &
& cum ratione per eos, ad quos pertinent,
corriganter, & prohibeantur. Porrecti
 sunt articuli Sigismundo, quibus perle-
 ctis, adstantibus dixit: *Latet anguis in*
herba, plena veneno insanabili, nos fallere vo-
lunt perfidorum animi sub vulpe latentes.
 Quocirca eos acceptare dignatus est.

Paucis ex post diebus Hussitæ, no-
 mine Conradi Pragensis Archiepiscopi,
 fautoris sui, necnon nomine Baronum,
 urbium, & Bohemiæ familiarum literas
 perscribunt ad quosdam Principes, ut ob-
 jecta hæresis ac perduellionis crimina di-
 luerent. Binæ ejusmodi existant Episto-
 lœ die sexta Julii datae, in quibus acer-
 be in Sigismundum invehuntur, eidem-
 que supplicium Joannis Hussi, indictam
 a se sacram militiam & plura alia ejus-
 modi conficta objiciunt. Præterea Cæ-
 farem criminantur velut omnium Bohe-
 miæ calamitatum auctorem, se vero non-
 nisi

nisi pro defensione fidei, suorum bonorum Sæcul. XV.
ac vitæ arma sumplisse, demum hortan- A.C. 1421.
tur omnes, ut in eandem cum illis opi-
nionem abirent, adjectis etiam minis ad-
versus eos, qui præfatis quatuor Articu-
lis refragari ausi fuerint.

§. CXCIX.

Hujus conventus Articuli.

Præter istas literas, insuper die septima *Cochl. ibid.*

Julii ejusdem anni celebre cogebant conciliabulum, quod ipsi sacram Synodus appellant. Considerunt in eo viginti duos articulos, qui eorum complectuntur errores de Sacramento Eucharistiæ, Ceremoniis Missæ, & Clericorum reformatione, docentque, nullam civilem seu profanam legem locum habere. In hisce articulis confessionem auricularem non rejiciunt, imo alios nonnullos proferrunt, qui doctrinæ & usui Ecclesiæ haud abseni esse videntur, alios vero terminis ambiguis, atque obscuris ita involvunt, ut inde ingentes inter eos natæ fuerint dissensiones.

§. CC.

*Anglorum exercitus a Delphino
profligatus.*

Interea Henricus V. Angliæ Rex, post- *Sav. Ursin.*
quam anno priore ad finem vergente *Hist. Car. VI*
ad